

Carmen XXVI



Daedalus et Icarus in labyrintho inclusi
 Aves caeli spectant, effugere volunt!
 Suspicientes eas imitari cupiunt!
 Neque quisquam eos iuvat, paene mortui sunt.
 O Icare et Daedale, nolite audaces esse!
 Naturam, nisi deo, mutare non licet.

Pennas in lacertis, Daedalus figit,
 Consilium fugendi iam ille perficiet.
 Ipse quidem est cautus, sed filius non item,
 Novissimum id opus istud Icaro erit!
 In infimo aere tu noli volare
 In summo vero caelo, tu solem effuge!

Trans montes atque valles in orbem volavit
 Icarus delectatus nova libertate.
 Sol^{em} aspiciendi causa, propinquus is stetit!
 "Quid accidit tum ergo?" omnes interrogant:
 Puer ille temerarius alas ingentes, quas
 Sursum deorsum quatit, igne solis urit!

I.: "O quam pulchrum est volare!"
 D.: "Cautus esto Icare!"
 I.: "Iam me levo ad volandum!"
 D.: "Veni huc, sequere me."
 I.: "Studiosus sum volandi!"
 D.: "Ars haud facilis ea est."
 I.: "Liber ero ego volando!"
 D.: "Nimis audax videris..."

I.: "O quam pulchrum est volare!"
 D.: "Cautus esto Icare!"
 I.: "Iam me levo ad volandum!"
 D.: "Veni huc, sequere me."
 I.: "Studiosus sum volandi!"
 D.: "Ars haud facilis ea est."
 I.: "Liber ero ego volando!"
 D.: "Nimis audax videris..."

I.: "O quam pulchrum est volare!"
 D.: "Cautus esto Icare!"
 I.: "Iam me levo ad volandum!"
 D.: "Veni huc, sequere me."
 I.: "Studiosus sum volandi!"
 D.: "Ars haud facilis ea est."
 I.: "Liber ero ego volando!"
 D.: "Nimis audax videris..."